ſunt,dicantur eſſe de deſcendentibus ulti
tis, an uerò illius collaterales, & tanto mag
erant à primo recipiente deſcendentes. a
l.cum ita.§.in fideicōmiſſo.ff.de lega.1.&
ceſſio.fratr. uel de gradibus. ubi hoc cōſider
magis e͂t dicendum eſſet,ſi prima cōceſſio
18 phyteoſis, † à qua omnes aliæ ſunt regulan
de mente Barto.in d.l.ſi mihi,& Titio. in u
1.de duobus fratrib.& in d.c.1. de ſucceſſio
ſet facta pro ſe,& filiis maſculis,& deſcend
pliciter,prout in caſu noſtro ab initio facta
nitur,ueluti narratur in inſtrume͂to cōceſſion
do.Hannibali,in quo dicitur,ꝙ illis de Bon
ceſſio facta fuerat pro filiis, & deſcendenti
19 citer, †qm̄ appellatione propriè loquendo c
non ſolū maſculi,& ab eo deſcendentes,ſed
minæ,& earum deſcendentes,ut in auth.de h
ab inteſta.poſt princ.l.fi.C.de ſuis, & legit. A
conſi.160.viſo themate. lib.ſecundo. & hu
tiæ,ꝙ doctrina Bartoli,& aliorum commu
habeat non ſolum,qn̄ ſupereſſent filij, & de
tes ultimi decedentis,ſed etiam eius collat
tame͂ eſſent hæredes,aſtipulatur id,quod u
xan.in conſil.80.lib.1. & in conſi.23. lib.2. &
Petrus de Ancharano in d. conſil. 133. à quo
prædictam limitationem ſumpſerunt, circa
detur ſentire,ſatis eſſe,quòd ſint proximior
uis non ſint deſcendentes, dum tamen ſint h
ut dixit Rom.in d.conſi.22. Immò ipſe Dec.
78.expreſſè cōſuluit ſufficere,ꝙ ſint agnati p
res, quāuis non ſint hæredes:ſed quoniam h
ſu dictę ſorores agnatę ſunt proximiores h

eſt in hoc inſiſtendum, maximè quia Doct.magis cõ
muniter uolũt, ꝙ proximiores debeant eſſe hæredes,
alioquin extranei, qui eſſent hęredes, illis præferren-
tur, ut uoluit Alexander in d.conſi.161.in d.conſi.10.
nec non in conſi.80.lib.2. poſt Imol.in d.ſuo cõſilio.
¶Capio tertium motiuũ pro eccleſia factum, quod
multum urgere uidetur, quo dicitur, ꝙ doctrina Bar.
& aliorum communiter in d.§.permittitur.& in d.l.ſi
mihi,& titio.cũ ſimilibus non procedit, quando em-
phyteoſis eſſet finita propter delictum, ſeu commiſ-
ſum conductoris, ut ob canonem non ſolutum, ob
alienationem rei factam irrequiſito domino, uel ob
renouationem tempore conuento non petitam, aut
aliter ob pacta non ſeruata, ad tradita per Alexand.
in d.l.ſi mihi, & titio. per Rom. in d. conſil. 212. &
per ſcrib.in d.c.1. quemadm. feu. ad fil. pertin. cum
aliis iam allegatis: & in caſu noſtro eccleſia obiicit
rem fuiſſe ad eam deuolutam ob canonem non ſo-
lutum, & renouationem non petitam, igitur &c.
Profectò ſuper hoc motiuo eſt bene aduertendũ, qa
& ſi falcem ad radicem imponere uideatur, tamen fa
cile poteſt multipliciter euitari: & in primis † motiuũ
procederet, quando dolo conductoris res ad eccleſiã
fuiſſet deuoluta. Secus ſi abſq; dolo, quamuis aliqua
culpa, & negligentia ei poſſet imputari, ut not. uoluit
Per.de Anch.uir timoratæ conſcientiæ in conſi.173.
& in cõſi.421.circa finem: & ita procedit id, quod vo-
luit Rom.in d.conſi.212.veluti ex verbis ipſius maxi-
mè in ultimo dubio colligitur. At in caſu noſtro Do.
Vincentio dolus in non ſoluendo canonẽ, aut in nõ
petendo renouationem imputari non potuit, quãuis
aliqua culpa in eo poſſet conſiderari, quia cum ipſe
eſſet creditor aſſertorum agentium epiſcopatus ma-
gnæ pecuniarũ quantitatis, cuius occaſione annui af
fictus ipſi D.Vincentio præſtari debebant, & in faciẽ-
do computa haberetur ratio canonis debiti epiſcopa
tui, & inter eos cõpenſatio fieret, utiq; hoc dẽt illum
ſaltẽ à dolo excuſare, quia credebat eos fore agentes
epiſcopatus, & poteſtatem, ac auctoritatẽ ſic faciendi
habere, quamuis re uera nec agẽtes eſſent, nec huiuſ-
modi auctoritatem haberent, & cõſequenter D.Vin-
centius culpa, & negligentia non caruerit, quia, ut ca
ducitatem euitaret, debebat diligẽter inueſtigare: ta-
mẽ ſatis eſt ipſum non fuiſſe in dolo. ar.l.1.§. dolũ.ff.
de dolo.& conſequenter non dicitur præiudicaſſe ꝓ-
ximioribus ſuis in iure petendi renouationẽ, & inue-
21 ſtituram ſaltem poſt ipſius mortem: † & quælibet cau
ſa à dolo excuſat, ut declarat Iaſ. in l.ſi quis maior. C.
de tranſact.item & à caducitate per Spec. in tit.de lo-
ca.§.nunc uerò aliqua.ver.18. & habetur per Cy. in l.
22 1.q.12.C.de iure emphyt. Quo aũt † ad prætenſam ca
ducitatem D.Vincẽtij ex non petita renouatione di-
co illam quoad id, de quo diſputatur, non eſſe in con
ſideratione, quia ſi qua caducitas prætendi poteſt, il-
la abſque dolo prouenit, immò abſq; culpa D.Vincẽ
tij, cum is ignorauerit, & iuſtã habuerit cauſam igno-
rantiæ, ꝙ ad aliquam renouationem infra aliquod tẽ
pus petendam teneretur, quæ ignorantia excuſat per
Pet.de Ancha.in d.conſi.173.non.n.fuit ipſe, qui con
traxit, ſed ſucceſſit D.Hannibali, qui ſe ad hoc obliga
uit, ergo D.Vincentius iuſtã ignorãtię cãm habuit, vt
ĩ l.qui in ius alterius.cũ ibi notatis.ff.de reg.iur. Quo
fit, ut ob hanc prætenſam caducitatem ſorores, quæ
ſunt proximiores, & hæredes D. Vincentij, non poſ-
ſint dici excluſę à dicto iure petendi inueſtituram, ſe-
cundum quod uoluit Bar.in d. §. permittitur.cum ſi.
quia talis caducitas ex dolo, ſeu culpa D. Vincẽtij nõ
euenit per ea, quæ uoluit Anch.in d.cõſi. 173. & 421.
facit, quod legitur in c.1.§.ſi titius. poſt gl. ſi de feud.
fuer.conten.inter do.& agna.& in c.quia diuerſitatẽ.
cum ibi notatis, & in c.nulla.in gl. in uer.ſex. de con-
ceſſ.pręben.ubi à beneficio legis non excluditur, qui
iuſtè ignorauit.c.licet.cum gl.de ſupplen.negli.pręl.
& qui abſque dolo inueſtituram non petit, feudũ, ſeu
emphyteoſim nõ amittit. c.fi.ubi tex.notab.de ꝓhib.
feud.alien.per Lotha.Dolus aũt abeſſe uidetur, ſi iu-
ſta cauſa impediente petere omittat. c.1. quo tempo.
mil.pet.& c.1.§.præterea.de prohib.feu.alien.per Fe-
der.& de his latius habetur per Ancha. in d.cõſi.173.
Et ex prædictis infertur, ꝙ ſi dictæ ſorores ẽt infra an-
num, & diem inueſtiturã non petijſſent, non propter
hoc excluſæ dicerentur, ut colligitur ex dictis per An
cha.in d.conſi.173.Sed circa hoc ultimum non eſt in
ſiſtendum, cum ante annũ petierint, atq; inſteterint
ipſis renouationem fieri debere, offerendo, & forte
deponendo id, quod pro canone temporis præteriti
23 erat fortaſſe ſoluendum: & † cum nondum iudicialis
declaratio, & ſententia declaratoria fuiſſet ſuper ca-
ducitate ſequuta, potuit mora purgari ab iis, qui do-
lo, & culpa caruerunt, & in poſſeſſione bonorum tẽ-
pore caducitatis nõ fuerũt, ut uoluit notãter Petr. de
Anch.in d.conſi.421.& in d.cõſi.173. ¶Rurſus reſpõ
dendo huic tertio motiuo dico ipſam eccleſiam nõ
potuiſſe ſuper caducitate declarationẽ facere contra
ſorores, & hæredes D. Vincentij, cum illã aduerſus ip
ſum D.Vincentium uiuentem non fecerit, ſed eum
uſque ad mortẽ tollerauerit, quoniã ius declarandi
ſuper caducitate defuncti contra hęredes ſuos re in-
24 tegra non tranſit, ut ſtatim dicetur. Et cum † de iure
ad hoc, ut emphyteota dicatur à iure emphyteotico
cecidiſſe, neceſſaria ſit declaratio, immò ſententia, ut
latè examinant Rom.in d.conſil.212.& Ancha. in d.
conſi.421.& habetur per ſcribẽ.poſt gl.in d.c. potuit.
alioquin emphyteota cecidiſſe nõ cenſetur, ut ibi: ſe-
quitur, ꝙ in caſu occurrenti D. Vincentius à iure ſuo
non dicitur cecidiſſe tam ob non ſolutionẽ canonis,
quàm ob non petitam renouationem. Nec hęredes,
hoc eſt ſorores ſuæ poſſunt ẽt dici cecidiſſe, ex quo ꝯ̃
ipſas talis declaratio re ĩtegra de iure fieri nõ potuit,
25 ueluti inferius demonſtrabitur. ¶Nec † obeſt iuramẽ
tum appoſitum in inſtrumento emphyteotico de ſol
uendo canonem, & de petendo renouationem ſingu
lis 29.annis, quod iuramentum ſolet ipſo iure caduci
tatem operari abſq; alia declaratione.argu.l.ſi qs ma
ior.ibique Alex.& moder.C.de tranſac.Abb.& Bald.
in c.querelam.de iureiuran.quod d. Alexã. ſæpius in
ſuis conſiliis repetiit. Quia reſpõdetur, ꝙ ius iuramẽ
ti in terminis noſtris potuiſſe contra D. Vincentium
operari, quando is fuiſſet ille, qui iurauit, ſed nõ ipſe,
uerum D. Hannibal primus conductor iurauit, ergo
ratione iuramenti, ſeu periurii non põt dici, D. Vin-
centium fuiſſe indignum, & ab emphyteoſi cecidiſſe
26 † quoniam iuramentum quoad reatum, & pœnã per
iurii ad hæredes, ſeu filios non tranſit, ſed ſolum iurã
tem afficit.c.ueritatis.ibiq; Innocen.& alii de iureiu-
ran.Bal.in l.generaliter.& l.1.uerſi.extra queritur.C.
de rebus creditis.notatur in c.fi.de foro compet.in 6.
& Alex.in d.l.1.& in d.l.generaliter.in addit.ad Bald.
multa allegat: ergo Do.Vincentius ratione iuramen
ti, ſeu periurii non poteſt dici aliquam pœnam, nec
27 caducitatem incurriſſe per pr dicta. ¶An autem † ius
declarandi emphyteotam cecidiſſe in cõmiſſum re
integra contra hæredes emphyteotæ tranſeat, uiden
28 dum eſt, & quòd tranſeat, ita arguitur; † quando pœ-
na legalis ipſo iure imponitur, tunc illa pœna contra
hæredes defuncti trãſit, Bar.& Alex.in l.licet.§.quod
autem.ff.quod quiſque iuris.Alexã. in l.eius, qui.ff.ſi
certum peta.l.1.C.ex delic.defunc.ibique Bald.& Sa
lic.Bar.in l.1.ff. de priua.delic.& Abba. in c.fin.de ſe-
29 pult. Sed † per ceſſationem ſolutionis canonis em-
phy-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

phyteota ipſo iure cadit à iure ſuo.l.2. C. de iure em-
phyteoti.c.potuit.de loca.ſimiliter per alienationem
rei irrequiſito domino factam d.c.potuit.l.fi.C. de iu
re emphyt.ac etiam ob nõ petitam renouationẽ, ma-
ximè quando iuratũ fuit.c. 1.ibiq; Ant.de Butr. Imo.
& alij.extra de precar.l.ſi quis maior.C.de tranſactio.
ibiq; Alex.& Moder.Bal.in c.querelam.de iureiuran.
ergo huiuſmodi pœna ẽt contra hæredes defuncti, q
in commiſſum incidit,locum habebit, & conſequen
ter ius declarandi cecidiſſe poterit re integra contra
30 hęredes exequi.¶Secũdo† obligatio ex delicto ẽt ſe-
cundum canones ad hæredes, & in hæredes tranſit,
quando ex delicto cõmiſſo abſit aliquid de patrimo-
nio illius,contra quem delictum fuit commiſſum. c.
in literis.extra de rapto.& no.in d.c.fi.de ſepultu.quã
uis ſecundum leges ſolum, ſi quid ad hęredes perue
nit,ut ibi:ſed ex commiſſo,& delicto emphyteotæ in
ceſſando ſoluere,uel alienando,vel aliter pacta,maxi
mè iurata non ſeruando,quæ in ſe delicta, & cõmiſſa
continent,ut per Alexandrum, & alios in d.l.ſi mihi,
& Titio.in ult.col.per Abba.& Moder.in d.c.bonę. il
2.de poſtula.pręla.per Rom.in d.cõſi.212. & per Mo
der.in d.c. 1. quẽadmodum feudũ ad fil. pertin. cũ ſi.
aliquid domino abeſt,& adeſt emphyteotæ, eiuſque
hæredibus, ergo hoc ius declarandi cecidiſſe poteſt
non ſolum contra emphyteotam, ſed ẽt contra hęre
des etiã re integra exerceri,per gloſam in d.c.fi. ¶Vl
timo induco tex.in c.1.ſi uaſal.feu.priu.quem ponde
rat Alex. in d.l.ſi mihi.& Titio in ult.col. ¶Præmiſſis
tamen non obſtantibus,in caſu occurrenti contrariũ
eſt verius. Ad quod dicendum moueor, ſic arguẽdo,
31 † quando ex delicto, & commiſſo alicuius pœna illi
non ipſo iure,ſed mediante facto hominis,& ſnĩa ir-
rogatur,tunc ea pœna re integra contra hæredes nõ
tranſit,& res integra dicitur ante litem conteſtatam
cõtra defunctum,ad tradita per Bar.in d.l.licet. ibiq;
Alex.& in d.l.eius qui.& in l.unica.C. ne ex delict. de
32 funct. Sed † ob non ſolutionẽ canonis, uel alia pacta
non ſeruata emphyteota eccleſiæ non ipſo iure cadit
à iure ſuo,ſed mediante facto hominis,hoc eſt decla
ratione pręlati,& ſi ipſe uoluerit,ac mediante ſnĩa.d.
c.potuit.ibiq; gl. & Doct. & in terminis noſtris opti-
mè declarat Rom.in d.conſi.212.& in d.conſi.421.&
expreſsè Pau.de Caſt.in l.colonus.quæ eſt l. pen.ff.lo
cati.ergo talis pœna caducitatis re integra nõ dẽt no
cere hęredibus ipſius emphyteotæ, qui in ſolutione
canonis ceſſauit,niſi prius contra emphyteotam de-
claratio eo modo,quo fieri debuit,facta fuerit, ut ſu-
33 pra dictum eſt.Præterea†quando ex delicto defuncti
nihil de patrimonio dño abeſt, ſi delinquens ante li
tem motam moriatur, pœna delicti contra hæredes
non tranſit.d.c.fi.cum ibi not. de ſepultu. c. in literis.
de rapto. & habetur in c. epiſcopus, qui filios. 12.q.2.
Sed ob non petitam renouationem,quæ per emphy-
teotã peti debebat, nihil de patrimonio ipſi dño ab
eſt,ergo ante declarationem, ſeu litem motam à do-
mino contra emphyteotam defunctum pœna cadu-
citatis hæredibus emphyteotæ nocere nõ debet.¶Se
cundo pro hac parte nobis optimè inſeruit tex. cum
34 gl.in c.1.fi.extra de donatio.†vbi ius declarãdi dona-
tarium fuiſſe ingratum,& ſic re donata priuandũ, do
natori contra hæredes donatarii non competit, niſi
contra ipſum donatarium ingratum huiuſmodi de-
claratio facta fuerit:idem probatur in l.1.& fi.C.de re
uocan. donatio. ergo idem in caſu noſtro dicendum
eſt,quia bona diuerſitatis ratio dari non poteſt.argu.
l.à Titio.§.1.ff.de verbo.oblig.Ad propoſitum etiam
35 nobis ſuccurrit id, † quod uoluit Bal. per gloſam fin.
ibi in d.l.fina. cui ſimilis eſt glo. in d.c.fina. ꝙ filij, &
hæredes uaſalli non poſſunt à domino priuari feudo

propter felloniam uaſalli defuncti, niſi con[tra]
uaſallum uiuentem prius declaratio facta, &
ſuper fellonia fuiſſet: & in terminis allego
Bal.in c. Imperialem.§.inſuper.in ult.col.
hib.feu.alien.per Federicum,qui dixit, ꝙ li[cet]
dorum conſuetudine delictum,ſeu fello[nia]
liis ſuis noceat,tamẽ ſi contra uaſallum ui[uentem]
mota non fuerit,non poterit poſtea contra
ueri,ex quo dominus contra uaſallum de
querelare potuit, & tacuit, nam ex hac ta[citurnitate]
remiſiſſe cenſetur,& propterea amplius c[ontra]
hæredes querelare non poterit,argum.d.l.
36 fin. Præterea†hęc pœna uenit ex delicto.
iudicatę.§.hæredi.ff.ſoluto matrimonio.
ergo re integra non debet contra hæredes
gumento.c.1.§.porro.quæ fuit prima cau[ſa]
37 amitta.l.eius,qui.ff.de iure fiſci.Rurſus†ha[ec]
quaſi actio iniuriarum, quia offenditur do[minus]
ad uindictam tendit,ergo non debet re in[tegra con]
tra hæredes competere.argumento multo[rum]
quæ ad propoſitũ allegat Bal.in d.§.inſuper.
nia dicta,& rationes optimè huic caſui no[stro]
38 ciunt.¶Sed pro uera huius articuli declara[tione di]
cendum eſt, ꝙ illis caſibus,quibus emphy[teota pro]
pter culpam, & ſuum delictum ipſo iure ca[dit à iure]
ſuo abſque eo, ꝙ dominus declarauerit, &
hominis facto, tunc pœna caducitatis locu[m]
etiam contra hæredes, quamuis in uita em[phyteotæ]
declaratio facta,ſeu lis mota non fuerit: &
quia ſtatim quo emphyteota culpam,ſeu de[lictum com]
miſit,res deſiit eſſe integra, per ea,quæ uo[luit]
d.l.licet.§.quod autem. ibique Alex.& in
& Bal.ac Salyc.in d.l.unica. & hoc in caſu
teſt exemplificari primo in emphyteota
ob non ſolutionem,uel alienationem ipſo
à iure ſuo,nec reperitur, ꝙ iura aliquam re[quirant de]
clarationem,ut in l.2.& fin.C. de iure emp[hyt.]
Alexandrum in l.ſi inſulam.colu.5.ff.de uer[bo.]
quamuis Paul.Caſt.in d.l.colonus. ſecus uo[luit]
etiam in emphyteoſi priuati,ſicut in eccleſi[æ ne]
ceſſaria ſit declaratio. Poteſt ſecũdo exemp[lificari in]
emphyteoſi eccleſiæ,uel priuati(ſequendo,
inter illas non ſit differentia) quando iura[uit]
ſoluere,uel non alienare, aut renouationem
quia tunc emphyteota ratione reatus periu[rii]
ueniendo ipſo iure cadit.d.l.ſi quis maior.
ibi per Bartolum,& d.c.querelam.& hoc in ca[ſu pœ]
na caducitatis poteſt contra hæredem exerc[eri,]
uerum puto,quando iam contra defunctum
ſet querela, nam ſi pœna periurii eſt, ꝙ emp[hyteota]
ipſo iure cadat à iure ſuo,non poterit hęc pœ[na con]
tra hæredes re integra exerceri,contra quos
& pœna periurii non tranſit, quę ſolum pe[rſonam]
reſpicit, cum iuramẽtum ſit quid perſonale,
ad reatum ad hæredes tranſeat ad not.in c.fi[na.]
ro competen.in 6.c.ueritatis.ibique Innoc.
iureiurã.Bal.in l.1.& in l.generaliter.C.de re[bus cre]
di.ibique Alexand.in apoſtill. Pręterea iura[mentum]
in hoc à natura contractus regulari debet,
C.de non numerata pecunia.cum ibi not.
& alios. ¶Quando uerò emphyteota ob no[n ſolutio]
nem propter rei abuſum, uel propter alia pa[cta non]
ſeruata ipſo iure non caderet à iure ſuo,ſed
te facto hominis,& ſententia, ueluti regula[riter con]
tĩgit in emphyteoſi eccleſiæ,ad tradita in d.c.
& per Romanum in præallegato conſi.212.
d.conſi.431.cum aliis præallegatis, & per Pau[lum in]
d.l.ſi colonus. qui hoc in caſu ſaluari poteſt,
mento eorum,quæ uoluit Alexã. in d.l.ſi inſu[lam. co]
lum. 5. tunc pœna caducitatis re integra co[ntra]

redes nō tranſiret,nā cū hæc ſit pęna legalis,ea re in-
tegra non eſt cōtra hæredes delinquētis tranſitoria,
Bar.ī d.l.licet.ibiq; Alex.& ī d.l.eius qui. Bal. & Sali.
in d.l.unica.C.ne ex delic.defunc.& ad prædictorum
corroborationē breuiter reaſſumo quādā diſtinctio-
nē Bar.in l.1.ff.de priu.deli.ī illa q.an hæres teneatur
ex delicto defuncti, quam refert ēt,ac ſequitur Abb.
poſt gl.in c.fi.de ſepult.ubi Bar.inquit,† ꝙ aut pœna,
quæ à lege imponitur, fuit abſque hominis facto, &
ſic ipſo iure impoſita, & tunc ea cōtra hæredem tran
ſit.l.Caius.ff.ad Sylla.l. cōmiſſa. ff.de pub.l.2.§.quod
autē.ff.quod quiſque iur.c.cum ſecundū. de hæret. in
6.& ſupra dixi,aut pœna à lege imponitur mediante
facto hominis, & non ipſo iure, & tunc ſi imponitur
ratione delicti, ſeu commiſſi, quod circa contractū,
& in ipſo contractu perpetratur, & eſt tale delictum,
quod per actionē ex contractu deſcendētē purgatur,
tunc talis pœna contra hæredē tranſit.l.ex contracti-
bus.l.ex depoſiti.ff.de actio.& oblig.& l.ſi hominē.§.
datur.ff. depoſiti. Si uerò delictum purgatur per aliā
actionē,& per aliud remedium, quæ ex contractu nō
deſcendant,tunc ſiue delictum ſit commiſſum in cō-
tractu, ſiue extra, nunquam datur contra hęredem.
Inſtit.de perpet.& tempo.actio.§. aliquando. & pro-
batur ex illis caſibus, de quibus per gloſſ. in d. l. uni-
ca. C. ne ex delic. defunc. Aut delictum , ſeu com-
miſſum perpetratur extra contractum,& hoc caſu ſi
lis ratione huius delicti fuit contra defunctum con-
teſtata, pœna indiſtinctè cōtra hæredes tranſit, ut in
l.unica.cum ibi notatis.Fallit in l.2.ff.ad l.iul.repetū.
Si uerò lis non fuiſſet contra defunctum conteſtata,
tunc contra hæredem ſolum datur in id, quod ad hæ
redem peruenit,& non ultra.At in caſu noſtro,ut di-
ctum fuit,pœna à lege ipſo iure impoſita nō dicitur,
ſed mediante facto hominis,& tunc ſi uolumus dice
re delictum fuiſſe commiſſum circa cōtractum em-
phyteoticum,quoniam tunc delictum non purgatur
per actionē deſcendentem ex contractu,ſed per aliā
rationem, aliudq; remedium, uidelicet declarando
emphyteotam à iure ſuo cecidiſſe ob non ſolutū ca-
nonē,iuxta d.c.potuit.& p ea,q̄ uolūt Rom.& Petrus
de Anch.in dictis conſiliis, ſequitur, ꝙ hæc pœna ca
ducitatis nullo modo contra hęredem tranſire dici-
tur.ſi uerò uolumus dicere, prout uerū eſſe arbitror,
ꝙ delictum, & commiſſum in caſu noſtro fuerit ex-
tra contractum perpetratum , quoniam non ſoluere
canonem,renouationem non petere,alienare irreq-
ſito domino,& ſimilia non in cōtractu,nec circa cō-
tractum committi dicuntur,ſed extra,& poſtquā cō-
tractus fuit factus,atque perfectus, dicendum eſt,pę
nam caducitatis,quæ pro huiuſmodi factis,& cōmiſ-
ſis à lege iniungitur,non tranſire contra hæredes, ex
quo contra defunctum non fuit facta declaratio,ne-
que lis conteſtata,ut eſt de mēte Bar.in d.l.1. & Abb.
in d.c.fi.¶ Non obſtat quartum motiuū principale,
ꝙ re deſinente eſſe integra, ut quia ante petitā reno-
uationem dominus rem alteri conceſſerit, non poſ-
ſunt poſtea proximiores ultimi emphyteotæ cōque-
ri,ſi res ipſis conceſſa nō fuerit, ad tradita per Rom.
in cōſi.70.& per Moder.in d.c. bonæ. il 2. de poſtula.
prælato. quia poteſt pluribus modis reſponderi pri-
mo,† ꝙ ante quàm eccleſia poſſit rem alteri conce-
dere,& proximioribus præiudicare,requiritur,ꝙ ipſi
fuerint negligentes per annum , & diem in petendo
renouationē,alioquin dominus, ſeu eccleſia ad eorū
pręiudicium non pōt alium inueſtire, ut no.declarat
do.Prepoſi.Mediol.in d.c.1.quemadmo.feu.ad fil.p-
tin.col.4.Secundo pro reſpōſione dico, ꝙ Alex. in d.
l.ſi mihi,& titio.col.pe. reprobat dictum Rom. in d.
conſi.70.& ſecundum ipſum illud non eſt verum, &
contra tex.in c.1.§.titius. ſi de feu.fuer. conten.inter
41 dominum & agna. † nam pendente tempore dato à
iure ad petēdam renouationem nihil ad preiudiciū
agnatorum proximiorū fieri poteſt.argu. l. ſiue pars.
C.de dilatio.per Rom.in conſi.22.in l.2.in prin.ff. ſo
lu.matri.& in rub.de arbit.& expreſsè per Petr.de An
cha.in d.conſi.173.¶ Non obſtat ultimum fundamē
tum, ꝙ doctrina Bar.in d.§.permittitur.cū alijs ſupra
allegatis,quæ eſt cōis,quamuis multi cōtrarium vo-
luerint,ut dixit Dec.in conſi.131.in ult.col.non pro-
cedit,nec habet locū in emphyteoſi eccleſiæ, ſed ſo-
lum in emphyteoſi priuati,ut uoluit Alex.in d.l.ſi mi
hi,& titio.col.pen.& ſupra dictum fuit,quia reſpōde-
42 tur,† ꝙ Dec.in d.conſi.131.uoluit cōtrariū, & aſſum-
ptū hoc Alex. non eſſe uerū, hācq; illius limitationē
eſſe falſam oſtendit per plura hoc latè ibi examinan-
do,& omnibus per Alex.adductis reſpondēdo,& cō-
trariam opinionem confirmādo, ꝙ in hoc inter em-
phyteoſim eccleſię,& priuati non ſit differentia, ſed
in utraque doctrina Bart. & cōmunis locum habeat,
idem contra Alex. opinionem ſequitur Ancha. in d.
conſi.173.& 421.Rom.in conſi.212.& ipſe Alex.cōſ.
10.lib.3.& in conſi.80.ī 2.dubio lib.1.Bal.in c.1.quē-
ad.feu.ad fil.pertin.Barba.in c.1.de loca.& ſuper hoc
omnino uideatur dictum conſi. Decij 131. ꝙ fauorē
ſororum proximiorum,& hęredum D.Vincentij, ꝙ
non obſtantibus pręmiſſis renouari debeant,optimè
facit. Et quoniam in caſu noſtro quamplura alia ad
fauorem dictarum ſororum concurrunt, de quibus
ſupra plenius eſt dictum,& illud pręſertim, ꝙ emphy
teoſis hęc eſt effecta hæreditaria, ſuper hoc ultimo,
cuius opinio ſit uerior Alexandri ne,an Decij,& alio
rum,breuitatis gratia inſiſtere nolo.Sed ex omnibus
prædictis, ut ſi ſingula non proſint, multa iuuare ua-
leant,ad fauorem pręfatarum ſororum proximiorū,
& hęredum domini Vincentij pronunciandum eſſe
concludo, quicquid in contrarium poſſet allegari,
cum ex iam dictis cuilibet reſponſum accommoda-
ri poſſit. Laus Deo.

*S V M M AE.*

1 *Emphyteoſis,finita linea,agnatis ex gratia cōcedenda ſecundū na*
*turā primæ conceſſionis dēt cōcedi, & oīa in prima conceſſio-*
*ne contēta tacitè in ſecunda facta ex gratia repetita cēſentur.*
*Et ſi prima pro filijs maſculis facta fuerit,an ſecūda,quæ fit ex gra*
*tia,agnatis fœminis, an uerò maſculis tantùm fieri debeat.*
2 *Et una uice tantum, & non pluribus fit huiuſmodi conceſſio ex*
*gratia.*
3 *Bar.doctrina in l.1.§.permittitur. ff. de aqua quotid. & ęſtiua.*
*quòd dominus emphyteoſim finitam proximioribus agnatis cō*
*cedere teneatur,non procedit in emphyteoſi effecta perpetua,et*
*hæreditaria,ſed in ea,quæ certo tempore finiri poteſt.*
4 *De communi opinione creditur doctori famoſo,& canonizato.*
5 *Opinio communis ex quibus doctoribus fiat.*
6 *Eccleſia emphyteoſim finitam non poteſt pro ſe retinere, ſed agna*
*tis proximioribus ultimi emphyteotæ concedere tenetur.*

EPITOME.

Emphyteosis conceſſa pro maſculis tantum, ſi finita linea agnati proximiores uelint de illa reinueſtiri,etiam agnatis fœminis proximioribus, & hæredibus concedi debet.

Et tanto magis, ſi eſſet emphyteoſis effecta hæreditaria.

## CONSILIVM XCIX.

NOn recedendo ab ijs, quæ in proximo præcedenti conſilio,& in præſenti cauſa ad fauorem hęredum Domini Vincentij de Saſſuno dicta fuere, ſupereſt aliquibus nouiter exhibitis dubitationibus reſponſum accommodare,& ſolum ſuper ijs,quæ maiorem in ſe difficultatem habere uidentur, inſiſtendo, breuiter loquar: